

(10. *Æmulatio* seu zelus est affectio qua quis tristatur de bono alterius, non quia ipsius est, sed quia simili bono ipse caret. Hæc affectio et tristitia est bona et laudabilis, sive versetur circa bona animi, v. g., merita, bona opera, virtutes, et scientias, cum talem æmulationem præcipiat Apostolus I ad Corinth. xii, dicens: *Æmulamini charismata meliora*; et S. Hieron. epist. ad Letam, de ejus filia sic scribit: « Habeat socias cum quibus discat, quibus invidet, quarum laudibus mordeatur; » sive versetur circa bona temporalia æmulanti convenientia (96): sic enim opifex videns alios suo opificio familiam suam commode alere, merito æmulatur, et dolet se non posse suo opificio ita commode alere suam; sic mercator licite quidem tristatur, quod ipse non vendat tantum quantum alter, seu ad se non accedant tot emptores quot ad alterum, quia ipse non tristatur de alterius bono, sed de suo proprio damno, seu cessatione lucri, quod alioquin juste habere posset. Illicite tamen saltem venialiter tristaretur, si doleat quod plures emptores concurrerent ad alterum, quatenus ille concursus alteri bonus est. Sic communis doctorum.

(11. Timor est affectio qua quis tristatur de bono alicujus in quantum prudenter timet ne ille ex tali bono ansam capiat nocendi sibi, aliisque innexiis, aut reipublicæ,

## IRA.

## SUMMARIUM.

1. Ira quid sit. — 2. Ira dicitur appetitus inordinatus vindictæ, vel quasi vindictæ, quia si ordinate appetatur vindicta, non est peccatum — 3. Dicitur vel quasi vindictæ, quia, dum homo irascitur in res inanimatas, non est propria vindicta, et tamen est proprie ira. — 4. Ira potest esse appetitus inordinatus, seu peccatum dupliciter, uno modo ex parte objecti appetibilis, seu vindictæ; et alio modo ex parte ipsius motus iræ, seu modi irascendi. — 5. Ira inordinata primo modo est peccatum ex genere suo mortale. — 6. Potest tamen esse peccatum so-

(1. Ira prout est unum ex peccatis capitalibus, est inordinatus appetitus vindictæ, aut quasi vindictæ. *Est in re communis.* (2. Dicitur primo *inordinatus appetitus vindictæ*, quia si ordinate appetatur vindicta, non est peccatum. Imo ira, si præscriptum rationis modum non excedat, nedum non est mala, sed est bona, et meritoria; quinimo, et ejus absentia potest aliquando esse peccaminosa. Unde peccant quandoque superiores et quandoque parentes defectu iræ in sub-

(96) A ceteris assertionem qua ait tristitiam bonam esse et laudabilem si versetur circa bona temporalia æmulanti convenientia, difficultatem aliquam pati existimant docti censes; et quidem jure meritoque. Nam dum tristitia affectus ex libera animi determinatione pendet, ut et laudabilis sit, bonum et laudabile finem habet oportet, a quo hominem ad virtutem incitare et perficere debet; boni enim et laudabiles affectus virtutem promovent et fovent, ac homines meliores faciunt. At dum tristitia in homine sit ob temporarium bonum alterius hominis, ubi laudabilis finis est? In eo enim actu, qui ad Deum actu aut virtute non referatur, laudabilis finis desideratur: in eo vero qui ob temporarium proximi

seu Ecclesiæ. Et hæc affectio et tristitia ex se bona est et licita, ut de se patet et clare demonstrat S. Gregorius lib. xii Moral., cap. 6, his verbis: « Evenire plerumque solet ut, non omnia charitate, et inimici nos ruina lætificet, et rursus ejus gloria sine invidiæ culpa contristet, cum et ruente eo quosdam bene erigi credimus, et proficiente illo plerosque injuste opprimi formidamus. » Illicite autem est talis affectio et tristitia, si temere ac imprudenter sinistram talem suspicionem aut judicium de proximo quis concipiat, seu si quis doleat et tristetur de bono alterius, v. g., de officio alicui collato, in quantum prævidet ipsum esse tali officio recte usurum, et sibi aliisque male agentibus debitas pœnas esse inflicturum. *Communissima.*

(12. Ex omnibus supradictis colliges unum solum esse proprie et rigorose invidum qui dolet et tristatur quod alter officium, dignitatem, beneficium, hæreditatem, aliudve hujusmodi bonum temporale, et a fortiori alia bona spiritualia, ut spiritualia dona Spiritus Sancti, et hujusmodi, obtinuerit, in quantum ratione ipsorum evenit quod ille apud omnes præ se excellat, et major seu melior se ab omnibus habeatur. Invidus enim dicitur quod non sit videns, quia bona alterius sine tristitia videre non potest. *Baldel. d. 29, l. 3, et alii passim.*

lum veniale ob imperfectionem actus. — 7. Ira inordinata secundo modo est ordinarie solum peccatum veniale. — 8. Potest tamen per accidens aliquando esse peccatum mortale. — 9. Iræ filie sunt sex nempe indignatio, tumor mentis, clamor, contumelia, rixa, blasphemia. — 10. Indignatio quid sit, et quale peccatum. — 11. Tumor mentis quid sit, et quale peccatum. — 12. Clamor quid sit, et quale peccatum. — 13. Contumelia quid sit, et quale peccatum. — 14. Rixa quid importet, et quale peccatum sit. — 15. Blasphemia quando fiat, et quale peccatum sit.

ditos, seu filios, sicut peccavit Heli I Reg. ii, fuitque ideo justa morte punitus, quod filiis discipulis eorumque vitii non fuerit iratus. Hinc Eccl. vii, legitur: *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis*; et Psal. iv, dicitur: *Irascimini, et nolite peccare*. Et de facto quod ira ordinata non sit peccatum, manifeste patet ex quo ipsemet Christus, a quo longe erat omne peccatum, circumspexit *cum ira*, ut dicitur Marc. iii. (3. Dicitur secundo, *vel quasi*

bonum tristetur, tristitiæ finis non est Deus, hoc est deliberatus ille tristitiæ actus non refertur in Deum, nec actu, nec implicate, ut consideranti patet. Cum ergo illius tristitiæ finis bonum sit temporarium quod alter homo possideat quodque sibi cupiat is qui tristetur, manifestum est, aut ex superbia, aut ex avaritiæ fonte, aut ex prava invidia affectum illum originem trahere; quia tristatur tum homo de alterius bono, ex eo vel quod majorem alius gloriam sibi cupiat, vel cupiat quod ditiores alii se esse optet, vel denique quod ipsi displiceat inesse in proximo bonum quo ipse caret. Rursus: quod charitati obest, et præcepto illi adversatur quo proximum diligere debemus sicut nosmetipsos, non bonum et laudabile,

*vindictæ*, quia dum homo irascitur in res inanimatas, ut dum scriptor ex cholera comminuit calamum male scribentem, pictor penicillum male pingentem, artifex frangit aut projicit instrumentum non ita idoneum ad suum intentum, et hujusmodi, non est proprie vindicta, et tamen est proprie ira, quamvis ordinarie venialis, nisi ab extrinseco fiat mortalis.

(4. Ira potest esse *appetitus inordinatus*, seu peccatum dupliciter. Uno modo ex parte objecti appetibilis, seu vindictæ, ut si proximo appetas vindictam injustam, vel justo majorem; alio ex parte ipsius motus iræ, seu modi irascendi, ut si nimium interius excandescas, vel exterius per signa nimis patefacias: *Communis* cum S. Thoma infra citando. (5. Ira inordinata primo modo, seu excessiva quoad inordinatum appetitum vindictæ inferenda est peccatum ex genere suo mortale: *Communis* cum S. Thoma, 2-2, q. 158, art. 2, in corpore, ubi sic præcise habet: « Motus iræ potest esse inordinatus, et peccatum dupliciter, uno modo ex parte appetibilis, utpote cum aliquis appetit injustam vindictam, et sic genere suo ira est peccatum mortale, quia contrarium charitati et justitiæ. » Ubi, ut vides, tota ratio est quia charitati et justitiæ contrariatur. Charitati quidem, cum optemus proximo malum quod nobis non optaremus aeri, justitiæ vero, quia, sicuti ad justitiam commutativam requiritur æqualitas inter datum et acceptum, ita ad justitiam vindicativam æqualitas inter pœnam et culpam. (6. Dicitur notanter *ex genere suo mortale*, quia potest esse peccatum veniale ob imperfectionem actus, quæ imperfectio spectatur, vel ex parte appetentis, seu voluntarii, ut cum motus iræ prævenit judicium perfectum rationis, vel ex parte objecti appetibilis, ut cum levis est vindictæ optata excessus. *Communis* cum S. Thoma loc. cit., ubi sic præcise subjungit: « Potest tamen contingere quod talis appetitus sit peccatum veniale propter imperfectionem actus, quæ quidem imperfectio attenditur, vel ex parte appetentis, puta cum aliquis appetit in aliquo modico se vindicare, quod quasi nihil est reputandum, ita etiam quod si actu inferatur, non esset peccatum mortale, puta si aliquis parum trahit aliquem puerum per capillos, vel aliquid hujusmodi. »

(7. Ira inordinata secundo modo, seu excessiva ex parte modi irascendi est ordinarie peccatum veniale tantum, quia homo

sed malum et vitiosum est. At tristitia illa qua tristatur homo ob temporarium bonum alterius hominis, charitati obest, et præcepto illi contraria est quo debemus proximum sicut nosmetipsos diligere. Nam, qui ita proximum diligit, de illius bono non tristatur, sed gaudet. Dicit vero bonam ac laudabilem esse tristitiam illam, quia ad scientiam, ad virtutem, et ad aliud bonum temporarium comparandum hominem excitat. Sed si charitati adversatur, si superbiam et alia quæ diximus vitia fovet, qua ratione bona et laudabilia esse poterit? Nunquid quia terrenos fovet et affectus? At hos comescere, ac rationi subjicere, et in honestum finem dirigere, Chri-

per solum emotionis excessum, nec intendit nocere, nec nocet, nisi sibi: *Communis* cum S. Th. loc. cit., ubi sic sequitur: « Alio modo potest esse motus iræ inordinatus quantum ad modum irascendi, utpote, si nimis ardentius irascatur interius, vel si nimis exterius manifestet signa iræ; et sic ira secundum se non habet de suo genere rationem peccati mortalis. » (8. Dicitur notanter *ordinarie peccatum veniale tantum*, quia potest contingere quod per accidens ex nimia vehementia iræ evadat peccatum mortale ratione affectus adjuncti, quo quis paratus existat aliquid facere contra dilectionem Dei et proximi, quod sit peccatum mortale. *Communis* cum S. Th. loc. cit., ubi sic concludit: « Potest tamen contingere quod sit peccatum mortale, puta si ex vehementia iræ aliquis excidat a dilectione Dei et proximi; » et Sylvius, 2-2, quæst. 158, art. 3, conclus. 3, sic dixit: « Potest tamen esse mortale, si vehementia sit tanta, ut vel scandalum magnum infirmis præbeat, vel irascentis valetudini multum noceat, vel alioquin destruat charitatem, sive in opere externo, sive tantum in animo. »

(9. Iræ filie communiter a doctoribus cum S. Gregorio lib. xxxi Moral., cap. 17, assignantur sex, nempe indignatio, tumor mentis, clamor, contumelia, rixa, blasphemia. (10. *Indignatio*, seu aversio est inordinatus affectus in proximum, ex eo quod quis reputet se, aut suos indigne, seu injuriose tractari: talis indignatio est ordinarie peccatum veniale, quamvis possit esse mortale, si crescat usque ad deliberatum odium vel gravem personæ contemptum. (11. *Tumor mentis* est quo quis morose excogitat diversas vias vindictæ, iisque cogitationibus animum tumefacit et inflat: talis tumor mentis est peccatum mortale vel veniale, juxta rationem vindictæ cogitæ gravis vel levis. (12. *Clamor* indignationis index est, cum iratus vocem extollit multa inordinate et confuse effundens: talis clamor est ordinarie peccatum veniale, nisi addatur aliud, verb. gr., blasphemia, contumelia, et hujusmodi. (13. *Contumelia*, interni contemptus index, est dictum vel factum injuriosum quo quis proximo præsentem palam aliquod malum objicit intentione illum inhonorandi: talis contumelia est ex genere suo peccatum mortale, nisi levitas materiæ aut imperfectio actus excuset. (14. *Rixa*, per quam, inquit D. Th. loc. cit., *intelliguntur omnia nocumenta quæ facta proximis inferuntur ex ira*, adeoque pugna, duellum, seditio, vultus, cædes, et hujus-

si theologia docet, non vero æmulatione vivere. Multo majorem vero difficultatem patitur quod circa ejusdem numeri finem affirmat, dum ait *illicite tamen saltem venialiter tristaretur mercator, si doleat*, etc. Nam dum mercator tristatur ob emptorum concursum ad alterum, quatenus huic ejusmodi concursus bonus esset, gravissime contra charitatem peccat, si consensus et debita advertentia adsit, quemadmodum auctor num. 5 et sequentibus probat; charitas enim gaudium excitat ob bonum proximi sicuti ob bonum nostrum. Mercator vero ille tristitiam gaudio oppositam in se excitaret atque foveret. Grave ergo invidiæ peccatum committeret.

modi, si modum non excedat, sed sistat, v. gr., in quadam levicula pugna erit solum venialis; secus autem si progrediatur ad seditiones, vulnera, caedes, et hujusmodi (97).

## IRREGULARITAS.

## ARTICULUS I.

*Irregularitas quoad ea quæ concernunt ejus esse et divisionem.*

## SUMMARIUM.

1. Irregularitas quid sit. — 2. Irregularitas est duplex, scilicet totalis et partialis. — 3. Irregularitas totalis quæ sit. — 4. Irregularitas partialis quæ sit. — 5. Irregularitas alia est ex delicto, alia est ex defectu. — 6. Irregularitas ex defectu contrahitur sine culpa. — 7. Irregularitas ex delicto ad hoc ut contrahatur requiritur actus externus consummatus. — 8. Nulla irregularitas unquam incurritur, nisi sit in jure expressa. — 9. Hinc in dubio, sive juris, sive facti potest quis tenere quod non sit irregularis. — 10. Excepto in dubio de homicidio. — 11. Irregularitas ex delicto est multiplex, et enumerantur casus in quibus incurritur. — Primo evadunt irregulares ex delicto hæretici, et apostatae a fide et eorum receptores, fautores, etc. — Secundo evadunt irregulares iterantes serio et scienter baptismum, et rebaptizati ministrantes; vel scienter ab hæreticis baptismum recipientes. — Tertio evadunt irregulares clerici censuras violantes. — Quarto evadunt irregulares indebite et male ordines suscipientes, et plures alii consimiles, qui assignantur. — Quinto evadunt irregulares exercentes solemniter et scienter actum ordinis sacri quem non habent, et plures alii consimiles, qui assignantur. — Sexto evadunt irregulares, ita ut nequeant ad ordines promoveri, omnes enor-

(1. Irregularitas est inhabilitas seu impedimentum canonicum quo quis inhabilis redditur ad primam tonsuram et ordines suscipiendos, vel ad susceptos exercendos. *Est in re communis.* (2. Irregularitas est duplex, totalis, et partialis. (3. Totalis est quæ omni ordine suscipiendo et suscepti omni exercitio privat, ut est illa proveniens ex homicidio vel bigamia. (4. Partialis est quæ privat solum aliquo ordinum exercitio, vel solo ascensu ad ordinem superiorem. Sic, v. gr., diaconus oculo sinistro carens inhabilis est ad sacerdotium; potest tamen in diaconatu ministrare; et sacerdos cui fuit præcisus pollex inhabilis redditur ad celebrandum, non autem ad confessiones excipiendas, si sit approbatus: cap. *Presbyterum*, de Clerico ægrotante.

(5. Irregularitas alia est ex delicto, et alia est ex defectu. (6. Irregularitas ex defectu contrahitur sine culpa, cum sit a jure imposita ob solam indecentiam quam aliquis defectus affert sacro altari et ministerio. (7. Irregularitas vero ex delicto ad hoc, ut contrahatur, requiritur actus externus consummatus: cap. *Si quis non iratus* 15, q. 1. (8. Et nulla irregularitas unquam incurritur, nisi sit in jure expressa, ut clare desumitur ex cap. *Is qui*, de Sent. Excom. in 6, ubi habetur: « Licet in hoc temere agat, irregularitatis tamen (cum id non sit expressum in jure) laqueum non incurrit. » (9. Hinc

(97) Non videtur duellum inter peccata venialia numerari posse. Videantur ea quæ de duello tom. II, verb. *Duellum*, exposita sunt.

(15. *Blasphemia* fit cum jactamus convicia in Deum, Deiparam, aut sanctos: talis blasphemia de genere suo est peccatum mortale, nisi inadvertentia aut indeliberatio excuset.

miter criminosi, si eorum crimina sint notoria et publica quæ habent annexam infamiam, ut sodomia, etc. — Septimo evadunt irregulares homicidae voluntarii, quamvis occulti, mandantes, consulentes efficaciter homicidium, abortum fetus animati, secuto effectu, procurantes, et alii consimiles, qui assignantur. — Octavo evadunt irregulares mutilantes, et ibi plura de istis. — Nono assignantur qui evadunt vel non evadunt irregulares ex homicidio patratio in sui suorumque necessariam defensionem, et assignantur inculpatae tutelæ ad moderamen tria potissimum requisita, etc. — Decimo assignantur qui evadunt vel non evadunt irregulares ex homicidio commisso auctoritate publica et juridica, vel in bello. — 12. Irregularitates ex defectu sunt multæ, et indicantur. — Prima est ex defectu animæ, ratione cujus qui sint irregulares designantur. — Secunda ex defectu corporis, ratione cujus qui sint irregulares denotantur. — Tertia ex defectu lenitatis, ratione cujus qui sint irregulares numerantur. — Quarta ex defectu natalium, ratione cujus qui sint irregulares assignantur. — Quinta ex defectu sacramenti, ratione cujus qui sint irregulares indicantur. — Sexta ex defectu libertatis, ratione cujus qui sint irregulares denotantur. — Septima ex defectu legitime ætatis, ratione cujus qui sint irregulares designantur. — Octava ex defectu bonæ famæ, seu ex infamia, ratione cujus qui sint irregulares assignantur. — 15. Adduntur hic varii speciales casus de irregularitate a sacr. congr. resoluti.

in dubio sive juris sive facti potest quis tenere quod non sit irregularis, cum sit melior conditio possidentis, et pro tali dubio nulla reperitur in jure imposita irregularitas. (10. Excepto in dubio de homicidio, in quo dubitans an vere homicidium commiserit tenendus esset irregularis: c. *Ad Audientiam*, et c. *Significasti*, de Homicidio, ubi expresse statuitur quod sic dubius non debeat in sacris ministrare nec celebrare, præcisus verbis: « Cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, et in hoc casu cessare sit tutius quam temere celebrare. »

(11. Irregularitas ex delicto est multiplex, et enumerantur casus in quibus incurritur. Primo evadunt irregulares ex delicto hæretici, et apostatae a fide: c. *Presbyteros*, dist. 50, et cap. *Qui in aliquo*, dist. 51, et eorum receptores, et fautores, et defensores: cap. *Quicumque*, de Hæreticis in 6, et eorum filii usque ad secundam generationem ratione hæresis patris, et usque ad primam ratione hæresis matris, nisi parentes ante mortem abjurarint hæresim: c. *Statutum* 15, de Hæreticis in 6.

Abjurantes autem hæresim, sive de vehementi, sive de levi, aut publici pœnitentes utrum irregulares sint, necne, vide Maravigliam Leg. 235 et 236, *Prudentiæ episcopalis*.

Secundo, evadunt irregulares iterantes serio et scienter baptismum, et rebaptizati ministrantes: cap. *Ex litterarum*, de Apo-

statis et reiterantibus baptismum; non autem iterantes confirmationem vel ordinem, cum hoc non sit in jure expressum; adulti qui scienter sinunt se ab hæreticis extra casum necessitatis baptizari: cap. *Eos quos*, de Consecr. 4, et cap. *Afros*, dist. 98.

Porro irregularitas ex iteratione baptismi contrahitur, etiamsi baptismus absque prudenti dubio sub conditione innovetur, ut ex Catechismo Romano multo probabilius deducitur. Hanc vero pœnam etiam baptizantem afficere, non baptizatum tantummodo, ferme inter omnes convenit. Sicut et ea affecti non tantum ad altiorem ordinem ascendere vetantur, sed et ab exercitio jam susceptorum ordinum absterrentur, quæ tanquam magis cohærens auctoritati Catechismi Romani opinio præfertur alteri neganti: Benedict. XIV Instit. Ecclesiastic. 84, § 18.

Tertio, evadunt irregulares clerici censuras temere violantes, v. g., si excommunicati, interdicti, vel suspensi, ordinum munera exercent, divinis scienter se ingerendo, scienter celebrando in loco interdicto in casibus non permissis: cap. *Si quis episcopus* 11, q. 3; c. *Is qui*, de Sent. Excom. in 6, et cap. *Is cui* 20, eod. tit. in 6.

At clerici ab exercitio sui ordinis suspensi, si ab eo se abstinuerint, esto absque prævia absolute ad altiorem ordinem transierint, quanquam id agant sacrilege, irregularitatem non incurunt, quæ est magis communis sententia: Bened. XIV, de Synodo Dioces., lib. XII, c. 2, n. 6.

Quarto, evadunt irregulares indebite et male ordines suscipientes, scilicet suscipiendo furtive sine episcopi ordinantis scientia et voluntate, non vocati, nec legitime examinati, nec admissi, nomen alterius approbati et admissi usurpando, vel alium in examine sub suo nomine dolose supponendo: c. *Veniens*, de eo qui furtive ordines suscepit. Aliqua censura irretiti, ordines recipiendo: c. *Cum illorum*, de Sent. Excomm. Per saltum ordines recipiendo, ut subdiaconatum, omisso ostiariatu: cap. *Sollicitudo*, dist. 52. Absque dispensatione canonica ante ætatem legitimam, vel extra tempora a jure statuta, vel absque dimissoriis litteris aliquem ex sacris ordinibus suscipientes, et durante suspensione eo ipso contracta, in iisdem ordinibus temere ministrantes: c. *Dilectus*, de Tempor. Ordinatu; Pii II constit. incip. *Cum ex Sacrorum*. Ab episcopo excommunicato, suspensio, interdicto, hæretico denunciato, schismatico, seu non habente jurisdictionem ordines recipientes: c. *Cum Clerici* 2, de Ordinatis ab episcopo qui renuntiavit episcopatu: cap. *Statuimus*, decretum 1, q. 1; c. *Conventibus*, vers. *Constantinus* 1, q. 7. Conjugati præsumentes suscipere sacrum ordinem, etiam nondum consummato matrimonio: Extravagant. *Antiquæ consecrationi*, De voto et voti redemptione. Suscipientes plures ordines sacros eodem die: c. *In singulis*, et cap. *Quicumque*, d. 57.

Quinto, evadunt irregulares exercentes solemniter et scienter actum ordinis sacri

quem non habent, ut clerici in minoribus exercentes solemniter et scienter, et adhibitis eorum insignibus, ordines majores: cap. 1 et 2, de Clerico non ordinato ministrante. Clerici et subdiaconi solemniter baptizantes: c. 1, de Clerico non ordinato ministr. Diaconi nondum sacerdotes missam celebrantes: cap. *Ex litteris* 2, de Clerico non ordin. ministr. Nondum sacerdotes serio et sacramentaliter alios a peccatis absolventes; ut colligitur ex c. 1 et 2, de Clerico non ordin. ministr., cum vere exercent actum ordinis quem non habent; non sacerdotes benedicentes sponsis, cum hoc sit proprium munus sacerdotio affixum: sicuti etiam diaconi solemniter benedicentes aquam lustralem, cum hoc munus proprie ad sacerdotem spectet per textum in cap. *Aquam*, de Consecr. dist. 3. Non episcopi confirmantes et ordines conferentes, ut de communi testatur Suarez disp. 42, sect. 4, num. 7. Imo etiam episcopi promoti per saltum, si conferant illum ordinem quem ipsi ratione salutis non receperunt, ut deducitur ex cit. c. 1, de Clerico non ordin. ministr., cum vere exercent ordinem quem non habent. Laici etiam exercentes actus majorum ordinum, quidquid dicant alii, evadunt irregulares, quia textus in c. 1, de Clerico non ordinato baptizante, loquitur indistincte de non ordinato per hæc præcisa verba: « Si quis baptizaverit aut aliquod divinum officium exeruerit non ordinatus, propter temeritatem abjiciatur de Ecclesia, et nunquam ordinetur; æque autem non est ordinatus laicus, ac Clericus qui non est sacerdotio initiatus. Neque valet dicere quod hic textus continetur sub titulo de Clerico non ordinato, et per hoc sit ei conformandus, et cum versemur in odiosis, quæ sunt potius restringenda, arg. c. *Odia*, de Reg. Jur. in 6, non sit extendendus ad laicos, de quibus non loquitur. Non valet, inquam, quia, ultra quam quod multi doctores dicunt titulum illum fuisse alteratum, et inter alios testatur Suarez disp. 31, sect. 4, vers. *Sed quæres*, se vidisse in codicibus Gregorianis in septem manuscriptis inscriptum præcise de non ordinato baptizante; et dato etiam quod in titulo revera semper fuerit supposita illa adjectio de Clerico, adhuc potius attendendus est textus, qui disponit, quam titulus sub quo continetur, cum ille sit dispositivus; nec mirum est quod sub aliquo titulo continueatur aliqua dispositio quæ non videatur directe sub illo titulo contineri, cum tamen habeat cum illo identitatem et similitudinem. Nec, ut prætenditur, fit aliqua odiosa extensio, cum potius, ut patet ex lectura textus, hæc sit manifesta comprehensio, cum in illo dicatur: *Si quis baptizaverit non ordinatus*; laicus enim, ut aperte patet, non est ordinatus. Sic tenens divus Anton., in part. tit. 20, in princip.; Majolus de Irregularitate; Rosignolus, Silvester, Sotus, Navarrus, Avila, Valentia, Blondus, Caspensis, Martius, et alii cum Suarez, qui disput. 42, sect. 4, advertit hoc interesse quoad hanc irregularitatem inter clericum et laicum, quod